



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 118. Quorumdam Italorum Præsulum postulata ad Legatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Regis Orator ad Concilium accessurus **Sæcul. XVI.**  
 esset, cum hic apud Cæsarem, Re- **A. C. 1562.**  
 gemque Bohemiæ diutius commoratus,  
 & cum illis Principibus animi sensibus,  
 & amore arte cōiunctus, proinde Hi-  
 spanæ factiōni abs dubio suffragaturus  
 foret, præcipue cum hi non modo nu-  
 meri prærogativa celebres, sed etiam  
 ejusdem cum Cæsareis sententiæ essent,  
 hi vero tam validæ Nationis auxilio  
 confisi audacius tumultuarentur. Hanc  
 ob rem timendum credebant, ne com-  
 munitis ejusmodi secessio fieret, ob quam  
 Synodus parum honorifice dissolveretur,  
 relicta dubitatione, cuinam id vitio tri-  
 buendum.

## §. CXVIII.

*Quorundam Itatorum Præsulum po-  
 stulata ad Legatos.*

Cum Legati anxiiis hisce curis agita- *Pallav. l. 18.*  
 rentur, altera die matutino tem- *c. 16. n. 4.*  
 pore ad eos accessere quadraginta cir-  
 citer Itatici Præsules, quorum duces  
 erant tres Patriarchæ, & aliquot Ar-  
 chiepiscopi. Petiere hi Præsules, ut in  
 Septimo Canone jam proposito nulla fie-  
 ret mutatio, quantumvis id ab Hispa-  
 nis vehementius urgeri inaudiissent:  
 eapropter exponebant, æquum non  
 esse, ut minor numerus majori præva-  
 leret, præsertim in articulo spectante  
 ad



**Sæcul. XVI.** ad Summi Pontificis auctoritatem, que  
**A.C. 1562.** utique in sua firmitate servanda, & di-  
 sputationi neutiquam exponenda esset.  
 Legatos præterea rogabant, ne pate-  
 rentur amplius in cujusvis gratiam tem-  
 pus frustra teri, sed potius rem eo  
 deduci curarent, ut Congregationibus  
 frequenter habitis Synodus jam per  
 tot annos protracta tandem cum de-  
 core absolvi posset.

## §. CXIX.

*Legatorum responsum ad Italorum  
 Præsulum petitionem.*

**Pallav. n. 5.** Hæc Italorum petitio Legatos non-  
 nihil admiratione replebat, eo po-  
 tissimum nomine, quod ipsis hoc in ne-  
 gotio lentius processisse, nequaquam  
 exprobrari posset, re tamen ipsa id haud  
 ægre ferebant, cum eis haud ignotum  
 esset, quod Patris Lainesii Oratio quos-  
 dam commovisset, atque insuper non  
 ignorarent, quod Franciæ Oratores, dum  
 ceteros Principum Legatos convivio ex-  
 cipiebant, hujus Theologi sermone se  
 offensos fuisse ostenderint, ac statuerint,  
 quod Franciæ Episcopi, quamprimum  
 advenerint, mox hujus Jesuitarum Præ-  
 positi opiniones Sedi Apostolicæ adeo  
 propitias impugnaturi essent (\*) quapro-  
 pter

(\*) Quis credat, quod Papæ Legati, Præ-  
 sules